



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Felicis Potestatis Panormitani Ordinis Minorum S.
Francisci de Observantia ... Examen Ecclesiasticum**

Potesta, Felice

Coloniæ, 1712

Cap. X. De Bulla Cruciatæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40060

imo tria Jejunia non possunt aliis diebus ejusdem septimanae impleri, v. gr. die Jovis, &c. sed fieri debent diebus praescriptis, Mercurii, Veneris, & Sabbathi.

3831 Non potest quis propria autoritate opus praescriptum etiam in melius commutare, sed solus Confessarius commutare potest, quando impotentia physica, aut moralis adest.

3832 Adolescentes, & senes, qui ex privilegio Ecclesiae ante 21. & post 60. annum non tenentur jejunare, tenentur pro Jubilaeo, quia est conditio appposita ad gratiam Jubilaei: quod si habeant causam justam non jejunandi, petant communicationem.

3833 Eleemosyna sufficit, quod sit modica, quia relinquatur arbitrio quantitas; & licet impotentes dare eleemosynam, ut Religiosi, & alii pauperes, probabiliter non teneantur ad aliud opus, ut vult Arsdekin 10. 2. pag. 242. & Leander 11. 5. de poenit. disp. 14. q. 53. tutius tamen est, ut commutationem petant. Dominus, sit dei famulo eleemosynam elargiendam pauperibus, & famulus eam defraudet, & pro se retineat, Jubilaeum non lucratur, quia non praestat in re opus praescriptum. Leander 11. quest. 49. Diana par. 5. tract. 12. resolut. 31. contra Sa.

3834 *Quantum ad visitationem*: Si Ecclesia Regularium sit designata ab Ordinario pro visitatione, Regulares ibi commorantes satisfaciunt eam visitando. Bardi contra Litanum, quia Jubilaei simplicem visitationem praescribunt. Si vero eorum Ecclesia sit designata determinate pro mulieribus, tunc tenentur visitare alienam Ecclesiam designatam pro viris. Visitatio fieri debet ex intentione lucrandi Jubilaeum, quia visitans debet orare pro intentione Pontificis.

3835 Per Jubilaeum anni Sancti celebrantur extra alia Indulgentiae, sed non constitutis in mortis articulo, neque celebrantur Indulgentiae pro defunctis. Item Jubilaeos non suspenditur Bulla Cruciatum declaraverunt Gregor. XIII. Cap. VIII. & Urb. VIII. apud Busemb. c. 1. dub. 3. quest. 3. & novissime Innocentius XII. Certum tamen est, quod ut quis accipiat Jubilaeum, & ejus Indulgentiam, indiget Bulla Cruciatum in locis Bullae Cruciatum. Jubilaeus est indultum generale specialiter Summo Pontifice concessum independentem a Bulla.

C A P U T X.

De Bulla Cruciatum.

3836 **B**ulla, est diploma, seu Privilegium, in quo multae gratiae conceduntur dantibus certam eleemosynam, subsidium belli contra infideles, &c. eos.

Taxa pro Bulla vitorum. Pro Cardinalibus, Episcopis, Inquisitoribus, & alii, & pro insignibus quibusdam, videlicet pro Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Pro Regibus, Comendatariis, & aliis Officialibus Curiae Suae Majorumque eorumque uxoribus, viris viventibus, & rebus realibus, videlicet, monetis Siculae decem tarenis, & grana decem. Viduae vero, & filii, & nepotes proprio titulo ex dictis gaudeant, & debent solum duos reales.

Pro communibus personis duo reales, videlicet duo tarenis, & duodecim grana dimidio: v. n. 3893.

3837 Non valet Bulla, si pro eleemosyna detur pecunia in individuo furtiva.

Valet, si pecunia furtiva fuerit cum propria, ut discerni non possit.

Bulla à reservatis absolvitur, si convalescat, non tenetur se præsentare Superiori, cui sunt reservati; quod tamen facere debet, qui in articulo mortis à reservatis absolvitur sine Bulla. Omnino: v. n. 335. & 336.

3845 [Absolutio à censuris [ait Mendo in epist. ver. Bulla Com. Cruc.] nequit concedi, si detur pars laxa, nisi ei satisfiat, aut detur cautio sufficiens; nec potest concedi à censuris latis ab homine in particulari, ne judicia turbentur, sed à cæteris. Attamen præstita satisfactio, aut cautio, seu data impotentia satisfaciendi, potest quis excommunicatus specialiter ab homine, absolvi pro foro interno conscientie virtute Bulla, à quacumque excommunicatione reservata, & à non reservata; & ab hac poterit absolvi à quovis Confessario absque Bulla. Quod idem dic virtute Jubilæi, aut privilegii, si detur: Etenim hæc absolutio nullatenus perturbat ordinem judicialem, eum solum proficit pro foro interno, ita ut absolutus possit gaudere suffragiis Ecclesie, & a peccatis absolvi; & pietas exigit, ut cum per ipsum non stet, quominus absolvatur, non privetur eis bonis spiritualibus. At à censuris generalibus reservatis non potest quis ideo absolvi pro foro interno, nisi ab habente specialem jurisdictionem, quia illæ censuræ reservatæ sunt etiam quoad forum internum.

Inde si absolutus pro foro interno obtineat beneficium, tuta conscientia poterit illud retinere, & facere fructus suos, esto possit Judex eum illo privare. Imò si ille celebret, non manet pro foro interno irregularis, esto sit puniendus, & habendus ut irregularis pro foro externo. Quod si excommunicatus non debeat satisfacere cuiquam, sed eijcere concubinam, aut quid simile; nequit absolvi, nisi illud exequatur. Si autem sit pars laxa in casibus, in quibus non tenetur resti-

tuere ob impotentiam, aut quia certum incommodo gravi sui status, non tenetur satisfacere; nam satisfactio est etiam restitutio.

In articulo mortis potest præstita absolutio à censuris, dum confitetur, à roscibantur, si in testamento, aut aliter, hæc obligationem satisfaciendi. Qui vel per ordinario, vel ex delegatione absolvi, præstita satisfactio, aut cautio, absolvetur valide, sed illicitè, quia non servatur gravi juris formam. Idem dic, si absolute Bulla; nam clausula à dextra de satisfactione præstanda, non est limitatio status, sed admonitio forme juris. Et hoc id amplius cernitur, si moribundus absolvetur, non petita satisfactio, nec satisfactione; nam pia mater Ecclesie non tenetur in his casibus negligentia Confessarii suo munere obeundo præjudicet parati.)

3846 Virtute Bulla non potest dari absolutio à cessatione à divinis, & ab aliis dicto, sive generali, sive speciali, sive personali; quia Bulla est pro casibus que impediunt receptionem Eucharistie vel Sacramenti Penitentiae, non alioquin jusmodi sunt recensitæ censuræ. Nec potest dispensari super irregularitatem ex delicto; quia ultra allatam rationem Bulla non dat facultatem ad dispensandum, sed ad absolvendum, Tam. de Bulla cap. 9. §. 6. num. 5. & 6. n. 3606.

QUÆRES.

3847 An absolutus vi Bulla ab uno casu
 peccati, v. gr. à duello, si incidat in alium
 Pontificum diversa species, v. gr. in si-
 mul realem, possit eodem anno vi ejusdem
 casu, & sic successivè si incidat eodem
 anno alios casus Pontificios diversa species?
 Respondit Leander de censuris tr. 2. disp.
 7. q. 3. cum pluribus, quia cum Bulla
 generalis, ejus verba sunt amplè inter-
 pretable; verba autem Bullæ, semel in vita,
 facultas absolvendi à reservatis Pa-
 pentur ad unicam absolutionem,
 nec commode explicari de absolutione
 eadem speciem peccati; dato enim,
 quod Bulla absolvat, semper tamen à
 specie diversis verificatur, quod se-
 mel non pluries ab eodem casu reservato
 potest, Et aliam majori frueretur privilegio
 si plura incidisset reservata, quàm qui in
 una; nam ille posset semel absolvi à
 casu reservatis diversis species; hic non
 nisi duobus specie diversis per duas abso-
 lutiones, semel ab uno, & semel ab alio.
 3848 Resp. non posse. Bardus De Bulla
 tr. 1. sect. 1. Quia verba Bullæ sunt am-
 plè interpretanda, sed non ultra sensum ex-
 pressè autem ly semel afficit a-
 bsolutionis, non casum; verba enim
 Possunt eligere in confessarium quævis
 clericum, aut Regularem
 ab Ordinario, qui eos possit absol-
 vere semel in vita, & semel in articulo mortis,
 à peccatis, & censuris, reservatis
 in Bulla, etiam declaratis in Bulla Cæ-
 teris, excepto crimine hæresis Undely,
 facultatem absolvendi restringit non
 quoad speciem, sed etiam quoad genus.

Nec est mirum, quòd sic majori frueretur
 privilegio, qui in plura incidisset reservata,
 quàm qui in pauciora; quia hoc eveniret per
 accidens, in quantum unum mortale non po-
 test sine alio remitti.

QUÆRES II.

3849 An Confessarius actu approbatus ab
 Ordinario in sua Diocesi, possit confessiones
 audire in alia Diocesi virtute Bullæ Cruciatæ.

Resp. omninò non posse, sed debere esse
 actu approbatus ab Ordinario loci,
 ubi fit confessio. Villalob. in summ. tom. 1.
 tr. 25. dis. 15. n. 3; Cardenas disp. 2. par. 1. q. 3. &
 Mendo contra Dianam par. 1. tr. 11. res. 7.
 Leindrum de penit. tr. 5. disp. 1. q. 70. Tamb.
 de Bulla c. 11. & quàm plures alios. Ratio est,
 quia quoad electionem Confessarii, Pontifex
 in Bulla nil privilegii concedit, sed vult, & in-
 tendit se conformare Tridentino, quod re-
 quirat ad probationem actualem ab Ordina-
 rio loci, ubi fit confessio.

3850 Hanc fuisse suam mentem, sæpe de-
 claravit Pontifex, & 1. qui Bulla requirit
 Confessarium approbatum ab Ordinario. S.
 Congr. Concil. ab Archiepiscopo Valenti-
 no interrogata, quid veniat nomine approbati
 ab Ordinario, respondit his verbis: Congrega-
 tio Concilii responderet: Approbatum ab alio,
 quam à Valenti no Episcopo in Diocesi Valenti-
 ni non censeri approbatum ab Ordinario. Quod
 Decretum refert Baro. de Bulla Cru. par. 2. tr. 5. c.
 1. sect. 2. n. 19. & Rod. in Bulla Cru. §. 9. n. 5.
 affirmat illud legitse, & per publicum Nota-
 rium fuisse omnibus Monasteriis Valentia in-
 timatum.

3851 Item anno 1612. emanatum fuit De-
 cretum tenoris sequentis:

Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tri-
 dentini Interpretum, censuit. Regulares hu-
 jusmodi, utcumq; exemptos, non posse, absq; Or-

Efff 2

di

ordinarii Hispanensis licentia, & approbatione, personarum secularium confessiones audire, litterasque Cruciatas praeferas in hac re quidquam novi juris minime induxisse, &c.

3852 Quod Decretum confirmavit Paulus V. ut sequitur.

Paulus Papa V.

Nomine Venerabilis Fratris Petri Archiepiscopi Hispanensis Nobis nuper expositum fuit, quod in Civitate, & Diocesi Hispanensi irrepserit abusus, ut Regulares absque pro tempore existentis Archiepiscopi Hispanensis licentia secularium personarum confessiones audire &c. & vigore litterarum Apostolicarum super Cruciatas nuncupata emanatarum illa sibi permissa esse praevidebant, quare Nos, &c. tenore praesentium ejusdem Concilii Decretis inherentes, Regulares praedictos non posse absque Ordinarii licentia secularium personarum confessiones audire, &c. absque licentia, & approbatione ipsius Ordinarii, &c. litterasque Cruciatas praeferas in hac re quidquam novi juris minime induxisse, &c. ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, & declaramus, &c. non obstantibus quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, &c. ceterisque contrariis quibuscumque. Dat. Roma, &c. die 11. Octobris 1611. Pontificatus Nostri anno septimo.

3853 Deinde idem declaravit Clem. X. in Bulla de anno 1670. quae incip. *Superna* relata superiùs in §. 3. n. 3292. Quae Bulla comprehendit praefata tria decreta, & Bullam Cruc. in illis verbis de §. 1.

Nos attendentes, quòd aliàs diversis temporibus praedicta dubitationes, &c. nonnullis Praedecessorum nostrorum Pontificum Constitutionibus, earumque declarationibus definita fuerint, ejusmodi definitiones in unum collectas, & in illis,

Non obstantibus quibusvis Constitutionibus Apostolicis in favorem quarumvis personarum, Ordinum, Monasteriorum, Capitulorum, Ecclesiarum, & aliorum, cumque tam secularium, quam Regularium, Quibus verbis non solum significatur privilegia Ordinum, verum etiam privilegia Cruciatas secularibus concessa.

3854 Denique omne tollit dubitatio ratio novissima S. Congr. de anno 1675. Archiepiscopus namque Hispanensis licentia eidem SS. Patri Clementi X. quod non oratione declaratione per eum anno 1670. Regulares praetendunt, posse approbare in una Diocesi ab uno Ordinario, confessiones audire virtute Cruciatas, inde supplicavit, ut declararet, nullam Bullam Cruciatas Regularibus, aut buslibet aliis Confessariis in alia Diocesi probatis ad audiendas confessiones in eorum suae Diocesis Hispanensis, quae accepta supplicatione, SS. materiam ex materia dedit Sacrae Congregationi, quae declaravit ut sequitur:

HISPALENSIS.

Sacra Congr. Cardinalium Concilii Tridentini interpretum saepius declaravit, Regulares posse absque Ordinarii licentia, & approbatione secularium personarum confessiones audire, &c. nec constitutionem, quae Cruciatas approbat, in hac re quidquam novi juris inducit. Roma 16. Februarii 1675.

Decretum pro Diocesi Valentinae, quod vidit, refert Roder. num. 133. & verò duo de anno 1611. cum contrarium Pauli V. & aliud de anno 1675. pro Diocesi Hispanensi, authentica apud se habuit, modo in officio praefati Archiepiscopi conservari testatur Cardenas disp. 1. par. 6. q. 3. à num. 286. ad 299.

Remanet igitur firmiter ostensum Clementem X. in Const. t. de anno 1670. approbasse Bullam Cruciatæ; & Bullam Cruciatæ non concedere privilegium, ut Confessarius sive secularis, sive Regularis, approbatus ab uno Ordinario, etiam si duret eius approbatio, possit eligi ubique.

Nec dicat, recensita tria decreta emanasse non univ. saliter, sed pro locis specialibus, ac proinde non extendenda. 1. Quia Bulla Clem. X. est universalis. 2. Quia recensita Decreta non habent vim pure legis, sed declarationis legis communis, & privilegii Cruciatæ ut patet per hanc Declarationem: *Declaravit*, unde confirmatur proprie non dicitur extensio, sed confirmatio; quatenus tria decreta edita, unum in Diocesi Valentina, & duo pro Hispalensi, comprehendunt eundem intellectum pro omni Diocesi; cum enim Tridentinum, privilegium Cruciatæ sit idem in relatis Diocesis, & in aliis, ubi est Bulla Cruciatæ, intellectus Pontificis declarantis, quo ad approbationem Confessarii vigere Tridentinum, & privilegium Cruciatæ non induxisse novum jus; idem erit pro omni alia Diocesi, ubi est Bulla Cruciatæ; adeoque cum constet de declaratione, intentione, & intelligentia Summi Pontificis, non potest ab ea sine meritate recedi.

Quibus accurate consideratis, cuilibet intellectus constabit, oppositam opinionem affirmativam non esse probabilem; rogatus dato, sed non concessio, quod aliam probabilitatem haberet, adhuc nullo modo posset amplecti, quia cum agatur de jurisdictione, & inde de valore sacramenti, tutior opinio amplectenda esset. Ex Decr. Innoc. XI. vid. prop.

In meo Manuali Ordin. num. 17. excusatores Doctores, qui in affirmativâ senten-

tiam abierunt; eò maxime, quia ante Bullam Clem. X. scripserunt.

3858 Modò tamen opinio affirmativa non solum est improbabilis, verùm etiam sub gravi censura damnata; nam post hæc à me bis typis data, accessit Bulla XII. de die 19. Aprilis 1700 quam referunt Mithæucci 10. 1. ver. *Approbatio ab Ordinario*, & Pignatelli in consuls. Edit. novissima. Bulla est:

INNOCENTIUS PAPA XII.

[Cum sicut non sine gravi animi nostri dolore ex nonnullorum Venerabilium Fratrum Episcoporum Regni Portugallia, & aliorum timorata conscientia virorum delatis ad Nos querelis accepimus, quòd in Regno præfato revixerit, ac indies magis invalescat opinio per quasdam fel. rec. Pauli V. Urb. VIII. & Clemente X. Romanorum Pontificum, Prædecessorum nostrorù, Constitutiones, nec non plura Congregationem, tunc existentium S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, ac respectivè negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, decreta, dudum damnata, & reprobata, qua innixi plerique illarum partium privilegia, & indulta per litteras Apostolicas pro Cruciatâ Sancta emanatas, seu ut vocant, Bullam Cruciatæ, concessa, ita intelligenda esse existimant, ut tacultas in litteris, seu Bulla hujusmodi Christi fidelibus attributa confitendi peccata sua cuilibet Confessario, per quemcumque Ordinarium ad confessiones audiendas approbato, locum habeat, & habere censeatur, etiam si is non fuerit Ordinarius loci, in quo confessiones præfatas excipi contigerit. Hinc est, quòd Nos ex debito Pastoralis officii, quòd humilitati nostræ meritis licet, & viribus longè impari commisit divina dignatio, animarum periculis in re tanti momenti, qualis

lis est Sacramentalis confessio, quantum Nobis ex alto conceditur, paternae charitate occurrere cupientes, necnon Constitutionibus, & decretis supradictis inhaerentes, de Venerabilium Fratrum nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium, primum quidem supradictis negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum, subinde verò etiam aliorum in tota Republica Christiana contra haeticam pravitatem Generalium Inquisitorum à Sede Apostolica specialiter deputatorum, qui opinionem praefatam ex integro examinarunt, remque totam maturè discussissent, consilio, ac etiam motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine, tenore praesentium, decernimus, & declaramus, Bullam Cruciatæ Sanctæ nihil novi juris induxisse, nullumque privilegium continere quoad approbationem Confessoriorum contra formam ejusdem Concilii Tridentini, & praedictarum Constitutionum Apostolicarum, adeo ut Confessarii, tam seculares, quam Regulares, quicumque illi sint, in vim dictæ Bullæ Cruciatæ à Pœnitentibus ad audiendas eorum Sacramentales confessiones electi, nullatenus confessiones hujusmodi audite valeant sine approbatione Ordinarii, & Episcopi Diocœsani loci, in quo ipsi Pœnitentes degunt, & Confessarios eligunt, vel ad excipiendas confessiones requirunt, nec ad hoc suffragari approbationem semel, vel pluries ab aliis Ordinariis aliorum locorum, & Diocœsum obtentam, etiam si Pœnitentes illorum Ordinariorum, qui Confessarios electos approbassent, subditi forent; confessiones autem aliter, & contra eamdem praesentiam, aliarumque Apostolicarum Constitutionum formam deinceps faciendas, & excipiendas respectivè, præterquam in casu necessi-

tatis in mortis articulo, nullas fore, irritas & invalidas, & Confessarios ipsos praepositos esse, & etiam rigide puniendos in ipsis Ordinariis locorum. Porro quæcumque contrariam opinionem tanquam insanam, temerariam, scandalosam, & in præsertim perniciosam, præsentis quoribus contrariis, & contrariis consuetudine, etiam antiquissimæ, minime obstantibus, motu, scientia, & potestatis plenitudine patris harnn serie damnamus, & reprobamus, præterquam quæ usum, ac contrariam confessionem hujusmodi penitus, & omnino abrogamus, & abolemus. Ac proinde omnibus, & singulis Christi fidelibus, cujuscunque status, gradus, conditionis, & dignitatis existant, etiam specificè, & in præsentibus, & expressione dignis, ne supradictam opinionem docere, tueri, aut ad proximam deducere quovis modo audeant, ne præsumant, sub pœna excommunicationis per contrafacientes ipso facto absque declaratione incurrenda, à qua nemo à quoquam, præterquam à Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente, nisi in mortis articulo hujusmodi constitutus absolute beneficium obtinere valeat, interdicimus, & prohibemus. Decernentes, ut Sicque, & non aliter, &c. Sublata, &c. ritum, &c. Non obstantibus, &c. Romæ 19. Aprilis 1700.]

REGULARES, ET MONIALES

3859 **N**on possunt uti privilegio eligendi Confessarium quæ in casu reservato constat ex dictis à nos. 1449 ad 1449. C. n. 3539. ad 3547.

Possunt autem in reliquis privilegiis uti, quia illis in Bulla prohibetur electionum, & laeticinorum per Quadragesimam, nisi lexagenarii sint, aut militares, &c.

sequenter aliis privilegiis non privantur; *per exceptio firmat regulam in contrarium.*

COMMUTATIO VOTORUM.

Virtute Bullæ commutari possunt, non dispensari omnia vota etiam jurata, exceptis tribus: *Perpetuitatis, Voti simplicis Religionis, & Peregrinationis Ierusalém de votionis causa.* Unde jure Ordinario vota reservata sunt quindecim, & ex privilegio Bullæ sunt tria; nam verba clausulæ sunt: *Item sumentibus Bullam conceditur, vota omnia, Ultramarino, Casuaris, & Religionis exceptis, in aliquod subsidium hujus expeditionis per eundem Confessarium commutari.* Ubi in singulari dicitur *Ultramarino*, ac proinde restringitur ad principale peregrinationis Ierusalém. Et de tribus votis discurre, ut à *num. 1999.*

386 Rectè ait Mendo in *epit.* (Neque vota emissa in favorem tertii commutari per Bullam, si sint accepta; non tamen conceditur facultas in prejudicium alterius, Neque possunt commutari vota, aut incrementum communitatum; quia non his, sed personis Bulla conceditur.

Commutatio votorum, sicut & abfolvendi censuræ, fieri potest extra Sacramentum Pœnitentiæ, virtute Bullæ, nec illam requiritur causa; sed sufficit privilegium.

386 In qualibet commutatione votorum, virtute Bullæ Cruciatæ, danda est elemosyna in subsidium Cruciatæ, deponenda in Cruciatæ capsulam, à Confessario Cruciatæ in certa Ecclesia designata, quæ Panormi sita est in Ecclesia Sancti Francisci.

Quæ elemosyna debet esse distincta à materia, in quam votum commutatur; debet tamen cum materia commutationis computari.

Si votum non habeat expansionem annexam, elemosyna debet esse arbitraria Confessarii prudentiæ, juxta qualitatem, & commensuratum voventis.

Si verò habeat expansionem annexam, elemosyna tanta esse debet, quanta esset expensio faciendæ pro voto. Si sit peregrinationis, quanta esset expensio faciendæ in accessum, videlicet pro itinere, & mora in itinere, & in loco pro executione voti, deductis expensis, quæ pro eo tempore fuisset facturus domi; qui excessus correspondet peregrinationi, & dari debet in subsidium Cruciatæ. Confessarius tamen potest juxta suam prudentiam aliquid ex illo relaxare voventi, quod solet esse sexta pars, & quinque partes elargiantur in subsidium Cruciatæ. Sic

EXEMPLUM.

386; **P**etrus vult, ut ei commutetur votum accedendi Romam ad visitandum Apostolos. Tunc Confessarius interrogare debet, quantum judicio prudenti expendisset pro accessu, videlicet pro itinere, mora in itinere, & in loco pro executione voti: Sint sexaginta scuta; tunc deductis expensis, quæ eo tempore fuisset domi facturus, quæ sunt triginta, computantur peregrinationi triginta; ex his confessarius remittere potest voventi modicam partem; praxis est, ut ei remittatur sexta pars, videlicet scuta sex, & jungatur alias quinque partes, nimirum scuta vigintiquatuor deponat in capsulam in subsidium Cruciatæ.

Insuper per mensem, quo v. gr. erat peregrinatio quantum ad accessum duratura, jungat bis, aut ter jejunium, Rosarium, confessionem, communionem, & visitationem Ecclesiæ, aut Capellæ in loco, ubi moratur, Sanctis Apostolis dicat. Vide dicta de Voto à *num. 1949. ad 1954.*

USUS

USUS ORATORII IN DOMIBUS
PRIVATIS

2864 **B**ulla Cruc. concedit, ut in privato Oratorio ab Ordinario visitato, & designato, habentes Bullam possint, etiam tempore interdicti, celebrare Missas, & alia divina Officia, per se, si sint Sacerdotes, aut per alios in sua, & suorum familiarium, ac consanguineorum presentia, & recipere Eucharistiam, & alia sacramenta, excepto die Paschatis. Illi tamen, qui premissis utentur, teneantur toties preces aliquas Deo fundere pro unione, & victoria Principum Christianorum contra infideles. Hæc concedit Bulla Cruc.

3865 Supposito igitur Oratorio ritè approbato ab Ordinario, ad quod erigendum Bulla non dat facultatem, sed supponit erectum. Diana p. 9. tract. 1. ref. 23. Tamb. de Bulla cap. 5. §. 4. Busem. de Bulla lib. 8. dub. 12. quest. 1. Trulench. Garcias, & alii contra Sotum, Joan. la Cruz, Castropal. Supposito inquam Oratorio ritè approbato, Bulla Cruc. tollit restrictiones, quas apponit ordinarium privilegium Pontificis, oratorium privatim concedens.

3866 Unde, quia privilegium Oratorii est coarctatum, 1. Ad unam Missam, 2. Ad alios dies præter solemniora festa, 3. Ad dominum domus, ejus familiam, & hospites nobiles, exclusis familiaribus actu non necessariis; Privilegium Cruc. concedit, 1. Ut possint celebrari, quot Missæ voluerit dominus eodem die, 2. Ut possint celebrare & alia Sacramenta Eucharistia, & Pœnitentiæ recipere, etiam in festis solemnioribus, una communione excepta intra tempus Paschale in Parochia faciendâ; unde non prohibetur ibi die paschatis communio ex devotione, quod patet per illam clausulam, *etiam tem-*

pore interdicti: si enim ea privilegia hæc concedit etiam tempore interdicti, quod est plus, concedit in festis solemnioribus alia, 3. Ut possint prædictis usibus Oratorio sui etiam familiares non necessarii, & consanguinei, etiam qui non sunt de familia, hoc est non sunt commensales, licet ipsi non habeant Bullam.

3867 Per consanguineos veniunt aliter, & descendentes, aut collaterales ad quartum gradum. Excluduntur per clausulam affines, possunt tamen coarctari per aliam nomine familiarium, saltem quæ, quatenus in eadem domo habitant, ratione dicuntur proprie domesticæ, magis si sint commensales habentibus, quia tunc dicuntur de familia.

3868 Difficultas est: *An consanguineæ familiares nō habentes Bullam, si in domo intersint sacros, ibi non præsentem dominum, possint Bullam?*

Negat Rodr. quia soli domino, & ratione domini est privilegium concedendum. Affirmat Joan. à Cruce; quia Bulla respectum ad dominum, & non præsentem, præsentiam domini esse necessarium. Tamb. cis. num. 46. utramque partem probabilem putat.

3869 Consequenter ad dicta, Bulla de Bulla cap. 1. dub. 12. quæ 2. inserta, quod privilegia Oratoriorum coarctet. Prælatior, coarctationes tollit Bulla, ut à Pontifice. Si coarctet Pontifex, eas revocavit Pontifex per concessionem annuam. Item si post acceptam Bullam concedatur privilegium oratorii cum his restrictionibus, intelligi debet coarctatio pro non habente Bullam.

3870 Oratio faciendâ juxta num. 3864.

1868. Possunt autem uti Episcopi ex aliis Ordinibus, quia in illis prævalet qualitas Episcopatus. Non possunt uti Cardinales regulares, nisi sint Episcopi; quia nec Religio, nec Bulla hoc illis concedit, nec eos exprimit.

Hinc Cardinales seculares non indigent hac Bulla particulari lacticiolorum, sed per Bullam communem Cruciatæ comedere possunt ova, & lacticia per totam Quadragesimam, etiam in majori hebdomada, sicut ceteri seculares.

3874 Non potest quis, vi hujus Bullæ particularis, sicut secularis vi Bullæ communis vesci lacticiis extra Regnum, in quo non est Bulla, quia hæc Bulla particularis est extensio Bullæ communis, ac proinde est intelligenda cum eadem limitatione.

3875 In jejunio ex voto, Jubilæo, & prænitentia Sacramentali, nedum vi Bullæ, verum etiam sine ea potest quis vesci ovis, & lacticiis, si in illis non sit intentæ explicitè, aut ex circumstantiis implicitè abstinentia ab ovis, & lacticiis, quia jejunium Ecclesiasticum stat cum lacticiis.

PRIVILEGIUM VESCENDI CARNIBUS.

3876 **P**ER Bullam communem datur privilegium vescendi carnibus de consilio utriusque medici cunctis diebus jejuniorum, etiam quadragesimæ. Ubi (ut vides) ad usum lacticiolorum vi Bullæ Cruciatæ non requiritur causa, sed sufficit privilegium. Ad usum vero carniam requiritur causa, nempe necessitas, & consilium utriusque medici, si necessitas non sit patienti certa.

Non dicas, hoc privilegium nullum habere effectum, quia etiam sine Bulla, quando necessitas est patienti dubia, potest quis carnibus vesci de consilio utriusque medici, corporis

Gggg ris

esse unum Ave; ejus autem ommissio non... actum, aut concessionem, nec etiam... sed venialis, quia est levis, nec est... essentialis, sed modus adjectus actui... Tamb. cit. n. 41.

DE OVORUM, ET LACTICINIORUM.

3871 Quadragesima in Bulla communi prohibetur etiam Sacerdotibus seculis, qui tamen possunt iis vesci in Quadragesima, excepta hebdomada Sancta, quæ in die Dominica Palmarum, per aliam Bullam, quæ dicitur lacticiolorum.

3872 Pro hac Bulla lacticiolorum, quæ est concessa, & ab Urb. VIII. concessa, largientur elemosyna jam à Commissario Generali Cruciatæ taxata.

Taxa est, pro Patriarchis, Episcopis, etiam Archiepiscopis, & Abbatibus jurisdictione gaudentibus, Reales viginti quatuor. Realis est etiam unitas monete Siculæ cum granis quatuor, & quarta parte granti.

Pro dignitatibus Canonicalibus Ecclesiasticis Cathedralium, & Collegiatarum, reales

Pro illis, qui in dictis Ecclesiis gaudent beneficiis, & pro beneficiariis sive animum curam habentibus, ut sunt Parochi, quorum tamen redditus annuus affertur ad summam scutorum trecentum, realem.

Pro habentibus beneficia, Capellanas, Curatias, & quosvis redditus Ecclesiasticos, & quosvis redditus annuales, reales

Pro ceteris Clericis, & Presbyteris secularibus, reales duo.

3873 Hæc Bulla non possunt uti Regulares, & Moniales; quia sunt excepti. Nec Episcopi ex Ordine Minorum, ex dictis num.

Post. Exam. Ecclesiast. Tom. 4.

ris scilicet, & anima. Nam habet hunc effectum de Thesaur. Ecclesie, ut habens Bullam, quamvis de consilio utriusque medici vescatur carnibus, satisfaciatur præcepto, & habeat meritum jejunii, ac si carnibus non vesceretur ut ex verbis Bullæ.

PRIVILEGIUM CIRCA TEMPUS INTERDICTI.

3877 **U**T habentes Bullam (possint in Ecclesiis, quibus alias divina Officia (interdicto durante) quomodolibet celebrare permissum fuerit, vel in privato Oratorio ad divinum Cultum tantum deputato, ab Ordinario visitando, & designando, etiam tempore interdicti, cui ipsi causam non dederint, vel per eos non steterit, quo minus amoveatur: Et qui facultatem ad id à Commissario Generali habuerit, etiam per horam, antequam illucescat dies, & per horam post meridiem, in sua ac familiarium ac consanguineorum suorum præsentia, Missas, & alia divina Officia, per se ipsos, si Presbyteri fuerint, vel per alium celebrare facere, & tempore interdicti divinis interesse) sunt verba Bullæ.

3878 Item conceditur [tempore interdicti, id est interdicti localis generalis, Eucharistiam, & alia Sacramenta, præterquam in die Paschatis, posse recipere.]

3879 Item conceditur (Mortuorum corpora, nisi fortè vinculo ex communicationis innodati decesserint, cum moderata funerali pompa sepeliri.)

QUÆRES.

3880 *An habens Bullam tempore interdicti teneatur sub mortali audire Sacrum die festo?*
Negavit Alterius, Avila, apud Tamb. de Bulla cap. 5. §. 2. qui hanc opinionem probabilem putat; quia nemo cogitur uti suo privilegio.

3881 Dico obligari sub mortali. Thibos, Trullench, apud Tamb. cit. ob rationem de num. 2310. Quia tenetur quis implere præceptum quando potest; sed tunc potest per Bullam potest audire sacrum tempore interdicti; igitur.

3882 Non obstat ratio opinionis oppositæ quod Bulla sit privilegium, ac promissa imponat onus, sed liberum reliquit facultatem, ut eo uti velit, vel non; quia Bulla quoad facultatem audiendi sacrum tempore interdicti, est quidem privilegium in se, sed non onus; quia tollit poenam, non ad poenam interdicti, quam tollit; privato enim usus Sacramentorum, sicut in ecclesiastica sepultura, est magna poena: non verò audiendi sacrum, tali privatione actionis per Bullam ablata, non imponitur Bulla, sed à præcepto Ecclesie ad audiendum sacrum die festo, quod omnem fidelem expeditum obligat; adeoque cum interdictum habentem Bullam jam expeditum, non obligat.

Sit exemplum de Principe, quia carnis illi detendo det liberam facultatem exequendi, si die festo non egredietur ad funus, peccat mortaliter; non quia sit in poena, sed quia onus à Principe; ejus enim facultas est in ordine ad privationem exequendi, quæ poena ob delictum imposita; onus vero audiendi sacrum imponitur ab ipso puncto Ecclesie, quod fidelem expeditum obligat.

USUS INDULGENTIARUM

2883 **R**egulares, & Moniales, quæ sine Bulla non possunt frui Bullæ, quæ specialibus Bullis, ut fructus Bullæ omnibus, non indiget Bulla: habet ipsa Bulla: *Exceptis tamen illis, quæ sunt ordinum mendicantium superioribus*

Insuper ex Decl. S. C. Conc. quam
Turanus pag. 215. nu. 5. his verbis: *Ad
fratrum minorum in Regno Sicilia
Oratores gaudere Indulgentiis
concessis, etiam si Cruciatam non
habentur Archiep. Procurat. Re-
s. Francisci Transiberim fol. 78.*

384 Valde pauperes, qui ob impotentiã
non possunt taxatam elemosynam,
Indulgentias alias extra Cruciatam acquirere,
Sardip. 2. tr. 1. cap. 1. sect. 6. *Quintan-
& Lodov. à Cruce, moti ex præsum-
ptate Summi Pontificis, quod non ve-
ram tolli
Indulgentiis priventur, qui sine culpa
tam habere non possunt, & supra afflictio-
ne egelatis corporis addere afflictionem
animæ. Omnino tamẽ negant Tamb.
de Bulla cap. 3. §. 7. n. 14. & Mendo, quia
expressè pro eo anno suspendit omnes
Indulgentias pro iis, qui Bullam non*

ponitur: *pro anima talis persona Tamb. cit.*
contra Mendo, qui vult posse applicari pro
pluribus, & tunc fructus indulgentiæ dividi
pro illis pluribus pro rata.

3889 Facta applicatione pro tali anima
non potest variare animam; quia per ipsam
applicationem habuit suum adæquatam effe-
ctum indulgentiæ.

3790 Si Bulla accipiatur credito, suũ effe-
ctum habet facta applicatione, absque eo
quod expectetur tẽmpus solutionis.

3891 Non est necesse, ut inscribatur no-
men defuncti, licet usus sit, quod inscribatur,
tam nomen defuncti, quàm nomen accipien-
tis. Nec est necesse ipsam Bullam servari;
non debet autẽ apud ipsum custodem relin-
qui, ut fraudes vitentur, nec possit alii dari

DE BULLA COMPOSITIONIS

3892 **P**er hanc Bullam potest, 1. quis se
componere super rebus ablatis, aut
aliter malè acquisitis, quorum (facta prius
debita diligentia) nescit dominum, seu cre-
ditorem. Quæ compositio fieri potest super
dictis debitis incerti domini usque ad sum-
mam trecentum scutorũ Hispaniæ, nimirum
trecentum scutorum, & viginti unius, cum
tarenis octo, & granis novem monetæ Sicu-
læ: & ita pro una Bulla potest sibi retinere
duas uncias, tarenos decem, & septem cum
granis quatuor; & sic accipiẽdo tot Bullas
usque ad summam debiti trecentum scuto-
rum.

3893 Taxa pro una Bulla est, ut solvantur
duo reales à qualibet persona, tam privata,
quàm insigni.

Non sufficit una Bulla pro pluribus, sed tot
debent sumi Bullæ, quot debitores, licet de-
bitum singulorũ sit minus eo, super quo pos-
sint componi.

Quod si debitum hanc summam excedat,
Gggg 2 tunc

BULLA DEFUNCTORUM

Conceditur in locis Cruciatæ: per
eam elargitur Pontifex liberatio-
nem animæ, seu Indulgentiam plena-
m per modũ suffragii pro anima defuncti,
quod sumente Bullam determinanda. Quæ
Indulgentia est distincta ab indulgentiis
communibus, quibus etiam liberatur
b ipso

3894 Pro hac Bulla erogantur duo reales,
& grana duodecim cum di-
bitis, ab omnibus personis, tam privatis,
quàm insignibus.

3895 Pro eadẽ anima possunt sumi singu-
lari Bullæ; pia tamen consuetudo
sumantur plures, sicut plures appli-
cationes Indulgentiæ, & Missæ.

3896 Una Bulla non potest applicari nisi
pro una anima; quia in Bulla in singulari ap-

tunc non potest uti Bulla quoad excessum, sed fieri debet compositio particularis cum commissario Cruciatæ, qui in Regno Siciliae est Archiepiscopus Panormitanus.

Imò potest quis cum ipso Commissario componi super tota quantitate, qui solet designare pro Cruciatæ decem pro singulis centenariis.

3894 Hac Bulla, sicut & Bulla communitati possunt solum fideles baptizati, minime Infideles, nec Catechumeni.

Debent existere in Regno Bullæ, aut ad illud personaliter declinare, sicut etiam pro Bulla communi. Unde Neapolitanus (ait Tanab.) per paucas horas Panormi manens potest hac Bulla latari, vel cum Commissario componi: *v. n. 3841.*

In Bulla debet inscribi nomen. Non est autem necesse, ut Bulla conservetur. Tambur. de Bulla c. 28. §. 7. *num. 2.* contra Mendo.

Hæc Bulla prodest Defunctis, si ipsi ante mortem commiserunt hæredis, aut alteri, ut tot Bullas pro se sumeret, aut ut compositionem faceret cum Commissario. Vel si commisit, ut consuleret Theologos; & tunc si hæres debeat, sumat Bullas. Si verò nil mandaverunt, eis non prodest. Tunc autem hæres, si reperiat bona componibilia potest nomine suo Bullas sumere, & componere.

3895 Qui furatus est in confidentiam Bullæ, non potest componi, licet, qui peccavit in confidentiam Bullæ, possit absolvi; quia primum in Bulla prohibetur, non secundum, *v. n. 3828.*

3896 2. Supradicta compositio fieri etiam potest super bonis aliorum bona fide acquisitis, & super bonis inventis, etiam super bonis naufragantium, si post debitam diligentiam inveniri non possit dominus; Excom-

municatio autem Bullæ Censura solum locatur cognito, vel comparente domino.

3897 Quæ (ait Mendo ver. Bulla *compositio num. 12.*) in litore maris inventi, sicut ex naufragio primi occupantis fiunt, sicut quæ profunduntur in aliqua solennitate, ea, quæ à domino derelinquuntur. Liqueant inundatione fluminis asportantur, & de exigui valoris, ac longè à domino feruntur inter derelicta habentur: secus si tibi fuerit prudenter judicetur, dominum velle ea recuperare, & recuperare. Non tamen sunt bona certa, quæ in incendio, aut naufragio perierunt. Nam dominus ea non derelinquit, & vellet, si posset, ea conservare. Quiniam si res sit peritura, nisi quis illam servaverit, hæc ejus dominium non acquireret, quod domino non abdicatum.

3898 Si facta jam compositiones, & scriptis Bullis, veniat in notitiam creditorum, & nescitur restituere totum, deductis expensis Bullæ. Si partem bona fide consumpsit, tenetur restituere reliquum. Si verò omnia consumpsit, ad nihil tenetur in foro interno scientias; at pro foro externo possit cogi, ait Mendo *tit. n. 15.* quia [ea compositio] [inquit ipse] est quoddam generum reddendi dominium pro foro interno, locum scripti pro foro externo.]

[Et quidem (subdit idem) si habentur bona incerta restituisse ea pauperibus, non daretur domino comparenti restituere compositio autem succedit in eandem restitutionem pauperibus faciendam. Et separatum dominium in foro externo à domino interno; sicut qui non potest recuperare Petro centum aureos, & tollit ab eo centum aureos ejus valoris, in foro interno habet dominium, at pro foro externo, si non daretur ad judicem, poterit ab eo cogi, ut reddat, tamquam non suum.]

Hoc autem in re nostra verum est, non per accidens: Non per se, quia compositio cum fiat auctoritate Papæ potentis licite, & sine ulla limitatione, ex se valet tam pro foro externo. Sed per accidens, quia quantum debet in foro externo constat, quod est difficile; quia creditor posset dicere, compositionem non fuisse factam suo credito, aut sine præmissa diligentia.

3899 3. Compositio fieri potest super rebus multis acquisitis, puta per usuras, &c. si debita diligentia ignoretur dominus, non derogatur. Pariter si dominus cognoscatur, non recipitur, vel multum debet, absque compositione, quod sit rediturus, nec debitum possit transmitti sine rebus, vel ejus heredes transmitti sine rebus expensis, ut in n. 2727. Mendo cit. 3900. Quia tunc aquæ se habet, ac si ignoretur. Et similiter domino comparente non tenetur in foro interno conscientie restituere, nisi modo dicto in n. 3898.

3901. Fieri potest per eandem Bullam compositio super legatis. Legata possunt dupliciter esse facta, 1. ad exonerandam conscientiam, 2. solius pietatis causa.

Quoad priora, sit exemplum. S. resolutio, ex Lamb. Petrus in fine vite cognoscens, aut ignorans, summam centum scutorum, esse ex parte ablati, & nesciens dominum, ad exonerandam conscientiam, eam summam legavit certæ Ecclesiæ, aut determinato pauperi. Pauper autem, & Rector Ecclesiæ habuerunt notitiam legati, & hoc non obstante tamen negligentes per annum in exigendo hæredibus Petri legatum: in hoc casu conuenit Bulla hæredibus, ut possint se componere super medietate totius legati. In hoc casu supponitur, quod hæredes legantis habuerunt notitiam legatarii; unde solum requi-

ritur, quod moneant legatarium de legato relicto, nisi aliunde illud sciverit; nam annus negligentie computari debet à die notitiæ legatarii.

Quoad posteriora, si legata sint facta non ad exonerandam conscientiam, sed alia pia causa, tunc si hæres legantis facta diligentia debita invenire, seu scire non possit legatarium, potest etiam quoad totum legatum se componere, modo dicto in n. 3892. & 3896.

3902 5. Denique fieri potest compositio super fructibus debitis ex omissione horarum canonicarum, & super fructibus ex redditibus Ecclesiasticis male perceptis.

3903. Distributiones vero, si percipiuntur injuste, non possunt componi; quia non debentur Ecclesiæ, sed cæteris, qui Choro intersunt. Imò idem tenet Mendo ver. Hora Canonican. 30. etiam si essent designatæ Ecclesiæ; quia tunc Ecclesiæ succedit loco interuentium.

3904. Qui est certus de stipendio accepto pro Missis celebrandis, non recordatur tamen, pro quibus applicare debet, nec à quibus accepit, non potest componi, sed tenetur ad Missas; quia potest applicare, pro quibus debet, & quos Deus scit.

3905. Denique rectè, ait Mendo in Epit. ver. Bulla Compos. n. 34. quod [Dilatio in compositione erit peccatum mortale; computando eam cum dilatione in restitutione: imò minor dilatio sufficit ad peccatum, cum possit esse impotentia ad restitutionem, non ad compositionem, quæ minori quantitate fit.]

Cæterum si quis impotens sit restituere, & potens componi; non tenetur ad compositionem faciendam, quia id est privilegium; sed potest expectare tempus opportunum ad restituendum.]

QUÆRES.

3906 *Petrus est certus de debito, dubius vero, an Franciscus, vel Joannes sit creditor. An possit virtute Bullæ componi?*

R Esp. cum distinctione; vel Petrus est certus de disjunctivo creditorum, nimirum, quod creditor sit aut Franciscus, aut Joannes; vel est præcisè dubius, an creditor sit Franciscus, aut Joannes, & diligentis peractis non potest se determinare. Si primum, non potest componi, sed debet restituere utriq; pro rata dubii, juxta dicta n. 2699. Quod si post divisionem constet, unum illorum esse dominum, non tenetur alter suam partem illi restituere, si divisio fuit facta communi consensu; quia in prima divisione unusquisque cessit juri suo. Mendo *cit. n. 13.*

Si secundum, potest componi; ratio disparitatis est, quia in primo casu, licet Petrus sit dubius de persona determinata, est certus de disjunctivo duorum; adeoque habet locum justitia refarcienda, cui cedit privilegium Bullæ. In secundo casu Petrus est præcisè, & absolutè dubius de persona determinata, adeoque habet locum jus privilegii Bullæ, quo non potest quis spoliari per purum dubium.

Privilegium Commissarii Cruciatæ ad dispensandum super impedimento affinitatis: *v. in n. 4242.*

De Bulla fusæ agunt Bardi, Mendo, Latus Tamb. & Diana *p. 1. tr. 11.*

CAPUT XI.

De Extrema Unctione,

3997 **E**Xtrema unctio, est Sacramentum novæ legis, constans unctione olei sacri, & Sacerdotis deprecatione, ordinatæ ad salutem moribundi, quoad animam, & corpus,

Fuit institutum à Christo, & postea prærogatum Jacobi c. 5. *Infirmum qui non potest inducat Presbyteros Ecclesie, ut orati eum ungentes illum oleo in nomine Domini oratio fides salvet abie infirmum, & salvet eum Dominus, & si in peccatis sit remittentur ei.*

MATERIA, ET FORMA.

3908 **M**ateria Remota, est oleum durum, quod quantum ad valorem debet esse ab Episcopo benedictum: colligitur ex Tradit. Apost. & ex Conc. Florent. *Archiepiscopus instruct.* Quod debet quolibet anno renovari in Cœna Domini, veteri exulto. Si novum haberi non possit, licet uti antiquo.

Item (si id requirat necessitas, ob infirmitatem copiam) licitum, & validum erit Sacramentum, si oleo benedicto superaddatur aliud pius oleum non benedictum, dummodo singulis vicibus minor quantitas addatur benedicti: liquet ex antiqua præxi Ecclesiarum, & ex Declar. S. Congr.

EMINENTISSIMI, ET REVERENDISSIMI SIGNORI.

3909 **D**eterminando si nel decreto della testa Sacra Congregazione, fatto sotto li 2. Marzo 1679. sopra la condotta di 65. proposizioni, che circa il valore del Sacramenti non si debba seguire l'opinione probabile, lasciata la più sicura: ut el' opinione contro versa trà Theologi, se per supplire all' Olio Santo, che mancasse, è lecito aggiungerne del non benedetto, più volte, purchè l'aggiunto considerato separatamente, e in ogni aggiunta sia in minor quantità del Olio Santo, benchè considerata tutte le aggiunte insieme fosse maggiore, e qui è nato dubbio nella Diocesi di Segusina, nella quale per la sua vastità è impedito benedire tant' Olio, che basti istruire ogni